

Schriften von der Königlich-Preussischen Erhöhung,  
1701. 4t.

*Orationum, tum civilium, tum sacrarum; carminum item; dissertationum; dedicationum; literarumque generis cuiusvis epitomas hic habes. Quamvis autem paucissima ex argumenti dignitate scripta sint: testes tamen amoris civium erunt erga optimum principem, nunquam intermorituri.*

LIII. Perfecti ac pleni operis gloria *Illustrem* scriptorem manet, Virum *Generosissimum*, Dn. de B E S S E R, Cuius in scribendo grauitas, luculentia elegantiaque pridem & innotuit orbi erudito, in deliciisque fuit.

*Putauerim, illustrem virum e tot populorum moribus ac consuetudinibus, quarum callentissimus est, desideria tandem eruditorum explere posse, iure gentium scripto, praesenti aetati vite attemperato.*

§. III. Atque hi demum scriptores sunt, quos nostra, non aliena, fide laudauimus. Quorum enim copia nobis data non fuit: illos praeterire & omittere maluimus, quam Labbeum, Zeillerum, Herzium, Bolduanum, Lippenium, aliosque indices librorum exscribere. Ceterum vetustissima sepulchrorum monumenta Principum nostrorum vsque ad an. 1499. *Heilsbronnae* inueniuntur, in loco, qui coenobio quondam, nunc Gymnasio, dicatus est. Vbi etiam *Bibliotheca* codicibus manuscriptis referatissima extat, quae, olim ab ignavis hominibus custodita, cum tineis & blattis certabat; nunc vero literarii huius thesauri maior cura est. Idonea certe *Heilsbronna* ob vtramque causam, vt peregrinatores eruditos diuertat. Verum ab 1499. *Coloniae* ad Spream cadauera heroum nostrorum seruantur. Si quid vota nostra possunt, a Deo immortalis omni religione contendimus, vt *loci religiosi* claustra nonnisi principum in extrema senectae excessibus perfrignantur. (\*)

gni Porussici instaurationem, aperit ZALVSKY in tom. III. epistola 1. 2. 3.

Vbi summa dicendorum: Aequo animo ferenda, quae nequeant mutari, & cauendum, ne, coelum protegendo, terram amittamus.

(\*) De comitatu Geyerensi.

Henrich. Wolfg. de Geyer a Leopoldo obtinuit, vt bona eius eueherentur in formam comitatus, quo etiam modo obtinuit 1693. votum & sessionem in comitiis. Hinc ab

ab